

1206

MEDITATIO S. EPISTOLÆ,
DOMINICÆ PRIMÆ
P O S T

FESTUM CIRCUM- CISIONIS CHRISTI

Additis S. Patrum dictis, Quæstio-
numq; aliquot decisione, ad uberiorem textūs, cum o-
pus est, explicationem, & Heterodoxorum refutationem.

Q U A M
In Regia Åboënsi Academia,

P R A E S I D E

DN. ÆSCHILLO PETRÆO,
S. S. Theol. Doct. Profess. & Civitatis ejusdem Pastore:

*Examini subjicit, in Auditorio Majori, horis solitis
Ad diem Februarij Anni 1653.*

ANDREAS M. KINNOREUS VV-Goth.

Lyras

Quicquid gestum est in cruce Christi: in sepulcra: in resurrectione: in ascensione: in ses-
dere ad dextram Dei: Ita gestum est: Ut his rebus non tantum mystice dicuntur,
sed etiam gestis configuratur vita Christiana.

Ambrosius.

Securitatem aeternitatis in resurrectione salvatoris ostendit: Ad quam venire contingit, si
melioris vita fuerit simulatio. Qui enim bene agendo vivit Deo, sic vere vivit:
aeternam enim habet vitam.

A B O Ä,

Impressa à Petro Wald/ Acad. Typogr. An. 1653.

*NOBILISSIMO VIRO,
DN. SVENONI Siwart
ad Sundbyy & Foglebroo/ Regij Par-
lamenti Magni Ducatus Fenninæ, Aboæ quod est,
Assessori amplissimo: Nutrio suo magna pietate
suspiciendo.*

*Prudentissimo ac Clarissimo VIRO,
Dn. M. JOHANNI VVAS-
SENIO, Ejusdem Parlamenti Advocato Fisci
accuratissimo, Fautori suo omni honoris ge-
nere observando.
Clarissimo VIRO,
Dn. M. HAQVINO JAVE-
LINO, Syndico Civitatis VViburgensis perin-
dustria, benefactori suo multis nominibus
honorando.*

*Has pagellas in signum debitæ observantiae & ho-
noris, candore ac in multis declarata eorum bene-
volentia fretus, dedicare ausus est eorundem ob-
servantissimus,*

ANDREAS M. Kinnoræus W Gothus.

MEDITATIO TEXTUS,
DOMINICÆ I. POST
FESTUM CIRCUMCISIONIS
C H R I S T I.

In sancte & summe laudande TRINITATIS, PATRIS,
FILII & SPIRITUS Sancti Nomine.

Cor novum crea in me Deus & Spiritum rectum
innova in visceribus meis. Ne abycas me à fa-
citate tua, & Spiritum Sanctum tuum ne recipias à me.
Redde mihi gaudium salutis tuae, & Spiritu ingenuitatis
sustentato me. Libera me de Sangvine Deus, Deus
salutis meæ: Et cantabit lingua mea justitiam tuam..
Domine, labia mea aperias, & os meum annuncia-
bit laudem tuam.. Psal. 51. v. 12. & seq. Qui-
bus verbis fatetur se, Sanctus hic Propheta David, mise-
rum peccatorem, considerans Dei repræhensionem,
quam propter adulterium, quod cum Bersabea Uxore
Uriæ commiserat, per Prophetam Nathan sibi denuncia-
tam; Considerans inquam, quomodo novum homi-
nem, qui secundum Deum, in omni justitia & Sanctita-
te vivet, induerat; Ut & quomodo veterem Adamū
exuerat cum omnibus suis concupiscentijs, seriam osten-
dens pænitentiam de admissis peccatis. Novit item,
immò, rotunde etiam his supra memoratis verbis tate-
tur, se viribus suis, nisi vetus iste homo, corpus peccati,

singulari Dei auxilio denuo mortificaretur nullo modo
peccato mori, & in gratiam Dei redire posse. Hinc ex-
rumpit in arduam & seriam Dei & Iesu Christi invoca-
tionem, de novo corde & Spiritu recto: De tali pio cor-
dis affectu, & certa in Deum fiducia, quibus posset talia
præstare opera, quæ Deo placerent, quibusq; veterem
hominem mortificaret, peccato moretur, Deoq; viveret.
Convenit & ut nos cum illo de tali corde & Spiritu ma-
gnopere solliciti simus, serijsq; cordis geminiib; DEum
de talia vita novitate oremus, de qua etiam in Sancta hac
hodierna Epistola ulterius audituri simus.

O Remus autem D E U M, ut hanc EPIS T O L A M
ita meditari queamus, ut cedat in nominis di-
vini gloriam, nobis in augmentum & incrementum doctrinae,
& honorum operum, in spem & fidaciam, & tandem in ater-
nam beatitudinem. Dicamus igitur: Pater noster, &c.

Epist. ad Rom. C, 6. 2. vers, 3. usq; ad 11. inclus.

A N ignoratis, quod quicunq; baptizati sumus in Ies-
sum Christum, in mortem ejus Baptizati sumus.
Sepulti igitur sumus una cum illo per Baptismum in
mortem: Ut quemadmodum excitatus est Christus à
mortuis per gloriam Patris; Ita & nos in novitate
vita ambulemus. Nam si insititij saclii sumus illi per
similitudinem mortis ejus, nimirum & resurrectionis
participes erimus. Illud scientes, quod etsi ille no-
ster homo cum illo crucifixus est, ut aboleretur corpus
peccati, ut post hoc non serviamus peccato. Scientes
quod Christus excitatus a mortuis non amplius mori-
tur,

bar, mors illi non amplius, dominatur. Quod enim
mortuus fuit, peccato mortuus fuit semel: Quod au-
tem vivit, vivit Deo. Ita & vos reputate vos ipos
mortuos quidem esse peccato, viventes autem Deo per
Jesum Christum Dominum nostrum.

Cum viderit S. Paulus, Romanos ad fidem Je-
su Christi conversos esse, mirum in modum Lætatus est
& quo eorum in hac doctrina confirmaret docet eos, confi-
dendū esse iohannes Christi merito, & nō putandū quicquid per
impiationē legis, sive bonis operibus, alvatūiri. Quod o-
stendit exemplo Abrahami, cui promissio facta est in præ-
putio, antequam legem servare coepit. Ostendit etiam
meritum & satisfactionem Secundi Adam Christi videlicet
longe efficacius esse delicto Primi Adami. Ne ergo Ro-
mani, vel nos eorum in fide posteri, vel quicunque Christianus,
securi reddamus, potantes legem omnino abro-
gatam & bona opera nullo modo necessaria esse, docet
vnuas legis adhuc idem esse, quod antea fuit: Peccati
videlicet foeditatem monstrare; Ad fidem in promissum
Meū, quæ sola, à nostra parte, nos justificat, compelle-
lere; Et bona opera, quæ, quamvis nos non possunt jus-
tificare, ratione tamen mandati, quam maximè neces-
saria sunt, postulare. Ita quo melius illis, simulac nobis
monstraret, pro argumento sumit, Sanctum Bapti-
tum, ostendit ut nos per idem in Christum baptizati, qui
ei hoc modo inserimus, etiam Baptizamur in mortem
eius, i. e. mors ejus nobis imputatur cum tota sua effica-
cia, quasi nostra ipsorum esset; Ut per euudem Baptis-
tum cum Christo sepelinur à peccato; Ut nos docet
eum Christo à peccato resurgere novos homines, adhuc

Iantes in novitate vitæ. Ostendit hujus necessitate similitudinem à ramis insititijs ducia, n. mpe: Ut illi succum arboris, cui insiti sunt, trahunt, ita oportet, nos secum Iesu Christi, in quos nos insiti sumus, verum pietatis desiderium quò voluntatem, Patris Coelestis libenter facias mus, ad nos trahere, quo ejus resurrectionis participes fiamus, piè vivamus, & tandem cum illo æterna fruamur beatitudine. Nam turpissime fecerimus, si veterem Adamum, desiderium peccandi, immò ipsum peccatum nobis induamus; Quod alia similitudine illustrat dicendo: qui mortuus est, liberatus est à peccato, non potest ulterius peccare. Jam vero nos in morte Christi, peccato mortui sumus, i. e. liberati sumus è peccato non ergo convenit nos peccare, sed credimus nos in æternum cum illo victuros studeamus itaq; ante omnia pietati, non dubitantes quia ratum fiat, Christus enim non moritur amplius. Mortuus est quidem semel, idq; peccato, quod autem vivit, Deo vivit, non vero Peccato, ut illud vigeat. Vivamus ergo & nos Deo cum ipso, & peccato moriamur. Admonemur hic de utraq; tabula Decalogi de dilectione Dei & proximi nostri. Confirmatur & fidei nostræ articulus, ubi credimus & confitemur Christum è mortuis resuscitatum. Et Sacramentum Baptismi esse lavacrum regenerationis. Sumamus hæc verba penitus aliquis tulum consideranda, eaq; in duas distribuamus.

P A R T E S

1. Quid sit Peccato mori,

2. Quid sit Deo vivere.

Atq;

Atq; hæ sunt istæ partes, quas hac vice breviter & sim-
pliciter tractare constituimus: Omnipotens & eternus
Deus, Pater noster ecclæsis dilectissimus, nobis omnibus benedi-
cat cunctaq; utiliter & fructuose cedere faciat.

P R I M A P A R S.

In qua meditamur:

I. Primum requisitum morien-

endi peccato. Primum requisitum peccato mo-
riendi est quod in Jesum Christum Baptizamur. Pri-
mi nostri parentes, (quod omnibus per verbum Dei no-
sum est) ita miserabiliter, (proh dolor] à plena justitia,
in qua creaverant, lapsi sunt, ut omnes eorum posteri
nascantur filij itæ, talesq; in æternum manerent, nisi eo-
rum misereretur Deus. Deus itaq; misericordia & paterna
suâ misericordia, omnium nostrum misertus, misit fili-
um suum unigenitum Jesum Christum, in redemptionem
omnium nostrum ; Ethoc dedit nobis medium, S. Ba-
ptisma vidz. quo membra constituimur corporis, cuius
ipse caput est, Ecclesiaz, & ita ejus quoq; reddimur mem-
bra instituta. Dicit namq; hic Apostolus: An igno-
ratis, quod quicunq; Baptizati sumus in Christum Jesu
in mortem ejus Baptizati sumus, i. e. per Baptismum dis-
tinuum donum, ita Christum Jesum induimus, ut omnia
ejus opera redempcionis, tota ejus passio & mors, cum
omni suo vigore, virtutibus & commendis, tam vere nos-
bis imputantur per Baptismum, ac si à nobis ipsis pro
peccatis nostris sufficiens Lytron præstata essent, modo
si vera fide & certa fiducia fulti, caveamus ne foedifragi-
famus.

L.C,

L. C. Hinc admonemur quales per nosme ipsis
sumus, miseri in eis & perditis peccatores, Satana in sensu
vitae mancipia venundati, adversus quem nobis facta
est redemptio per Christum Iesum. Exaltantes itaque
haec immanensam Dei misericordiam & Charitatem erga
nos ineffabilem, summa admiratione consideremus, &
severo totis nostris viribus D E O gratias agamus.

Cum S. Davide dicentes: Laudate Dominum omnes
gentes, Laudationibus commendate cum omnes popu-
li: Quia in valuit erga nos benignitas ejus, Et fides
Iehovae in seculum, alleluia. Psal. 117. Et cum
S. Zacharia, Luke 2. Laudandus Deus, qui visitavit &
fecit redēptionem plebis sui, erigens nobis cornū sa-
tis nostræ, in redēptionem peccatorum nostrorum.

L. C. 2. Ut Concedamus miseriam nostram,
quam omnino per nosme ipsis tanto Dei beneficio in-
digni sumus, cum Patriarcha, S. Jacobo, dicamus: Do-
mine, nequaquam condigni sumus vel minimo horum
omnium, quæ nobis per dilectum tuum filium præstis-
ti, sed mera tua paternitate & gratia, haec omnia nobis
fecisti: Illumina ergo & confirma corda nostra in fide
& gratiarum actione.

II. Secundum requisitum mo-
riendi, peccato. Secundum requisitum peccato mo-
riendi, est hoc videlicet quod cum Christo in morte
sepeliamur. Quemodo autem hoc sit, declarat S. A-
postolus. Similitudinem à sepulturæ consuetudine ducas
dicendo: Sepulti sumus cum illo per Baptismum in
mortem. Q. d. Experiencia omnibus nota est,
quod dum cōperventum sit, ut sepelitus ejusdem ho-
mi-

minis sonus, prius mortuus fit necesse est. & tunc primis
plene liberatus ab omni molestia mundana, requiescit
& dormit deinceps securus; Immò ipse quoq; Christus
Iesus filius Dei, qui nasci voluit nostri causa, ad omnem
miseriam mundanam & eternam devorandam, Cœpit
fut in Sancto hoc & Latabundo festo Nativitatis Christi
audivimus) cum iisdem consiliari in ipsa nativitate,
& perseveravit usq; dum in cruce omnis consummasset
& tandem mortuus, post plenariam pro nobis, eternam
inventam redemptione, satisfactionem patri cœlesti decla-
rata, sepultus est, quo ab omnibus, quæ ipsi quoad cor-
pus & animam molestia fuere & amara, liberatus, in
regnum glorie suæ eternum requiescendi ingressus est.
Ita & nos qui in Iesum Christum Baptizamur, per Bapti-
sum mysticè sepelimur in mortem ejus, qua tali modo
morimur peccato, ut tota ejus obdientia Patri suo cœ-
lesti prescrita, tam verè nobis imputetur, ac si à nobis fa-
cta esset, & sic mortui sumus peccato eidemq; sepulti.
Quod Dei donum maximâ reverentia, certa fiducia &
verâ fide in Christum Iesum apprehendere nobisq; ap-
plicare debemus. Fides vero non cum affectato peccan-
di desiderio, nedum cum omnibus vitijs consistere pos-
test. Cavehimus proinde ne sic cogitemus; Deus &
misericors, & Christus pro me satisfecit, ergo nihilice-
bit secundum carnem vivere, non sic. Christus enim
dieit; Si quis velit post me venire, abueget semetipsum
& tollet crucem suam, & sequatur me. Matth. 16. 24.
Item, si quis me diligit, verbum meum servaverit utiq;
& ego & Pater meus diligemus eum, &c.

L. C. Hinc admonemur, ut Sacramentum Bapti-
smi, magnum cœleste donum, Thesaurum hanc incom-
parabilem, sanctam mysticam hanc sepulturam, reve-

center habes misericordiam tuam, per illum animos si redi-
camur aduersus hostes nostros, peccatum, Diabolum &c.
& eternam mortem; Cogitantes: Gloria, laus & gra-
tia Deo quod baptizatus sum; Si jam in fide & nova ob-
bedientia permanebo, confidenter cum Paulo ad Romae
g, dicere queavi: Certus sum quod neq; mors, neq; vita
neq; Angeli neq; Principatus, Potestates, neq; instantias
neq; futura; Neq; altitudo, neq; profunditas; Neq;
ulla creatura alia, poterit me separare à dilectione qua-
est in Christo Iesu Domino nostro.

III. In quem finem sepulti su-

mus cum Christo. Nempe ideo dicit Apostolus
Ut quemadmodum excitatus est Christus à mortuis, Per
gloriam Dei, ita & nos ambulemus in novitate vitæ,
Quasi vellet dicere: Hoc scitote quod non ideo Chri-
stus pro nobis passus est, non ideo nos per lavacrum re-
generationis regeneravit, non ideo sepulti sumus cum
illo in Baptismate, ut secundum concupiscentiam car-
nis ambulemus, non ut licentiam nobis hinc imagines-
mur peccandi, nequaquam hoc; Sed ut vivamus dignæ
haec Sancta vocatione nostra, qua vocati sumus; Ut los-
quitur Apost. ad. Eph. 4. 1, & seqq. Horror itaq; vos
ego vincio in Domino: Ut ambuletis ita ut dignum
est vocatione vestra, qua vocati etsis. Cum omni sub-
missione ac mansuetudine, cum animi lenitate, toleran-
tes vos invicem per Charitatem, studentes servare uni-
tatem Spiritus per vinculum pacis &c.

L. C. Hinc admonemus quarti necessarium sit
ut quotidie cum S. Davide seruo imploremus auxilium
& gratiam Dei, dicentes: Ora pro me, o Domine mi-
Deus

Deus i cor nostrum, & Spiritum rectum innova in visceribus meis, ut dilecam iustificationem tuam, & servem mandata tua.

IV. Apostolicam à surculis similitudinem ducam. Et sic sonat: Nam si infiniti facti sumus illi per similitudinem mortis, utique & resurrectoris participes erimus. Qd utramque quæ arboris succum cuius plantatus est, ad te trahit, quo vis vere & fructum gratum ferre possit; Ita & nos vero pietatis affectu, aliudque precibus fidei Iesu Christi in Dominum directis, attrahere debemus succum ejus, Christi filii, veram obedientiam, quo fructum gratum, voluntatem Patris ecclæstis, facere possumus. Et, si hoc fecerimus, erimus etiam participes resurrectionis ejus, tales erimus novi homines, quos Deo placebit post hanc vitam ad æternæ vitæ ineffabile gaudium eveneremus.

L. C. Hinc admonemur, ut aleius de nobis cogitemos, quam quibus conveniat impunitate peccati se se contaminare, cogitemus, absit ut ego membrum Christi, siam servus peccati. Nam ideo vetus nosse homo cum Christo crucifixus est, ut aboleretur corpus peccati; Ut non sim peccator, cui peccatum inheret, veluti anima inheret corpori. Ego enim, quoad vestrem hominem, mortuus sum in morte Christi, ideo & à peccato justificatus sum, si is qui temporaliter mortuus est, non potest ulterius peccare, quomodo ergo velit hoc sibi constare quod peccem ego.

L. C. 2. Quid cogitabimus de constantia nostra in vita noyitate: Ne tempe, ut firmum & ratum est fundamen tum nostra religionis, Christus enim qui semel meratus est, & id quidem peccato non moritur amplius, neq;

alia futura est ratio salvatumiri; Ita credimus etiam &
certi sumus, quod idem Jesus Christus, qui in nos bonū
opus coepertit, idem quoq; perficiet xsq; in diem gloriōsū
adventus sui.

SECU NDA PAR S.

In prima parte audi vimus quid sit peccato morti.
In hac Secunda parte auditur i sumus quid sit D E O
viverē.

In quā meditamur:

I. Necessariam Dei cognitio-

nem. Ad hanc autem Primo requiritur, ut Deū
talem quoad essentiam suam judicemus, qualem te ipse
patefecerat. Nimirum quod sit unus essentia, Deut. 6.
4. Audi Israel, Dominus Deus tuus unus est; Et Iesus
Personis: Pater, Filius & S. Sanctus, Matth. 3. 13. Ubi
Pater testatus est de filio, super quem Baptizatum Spiritus
Sanctus in specie columbae apparebat.

Secundo, ut sciamus quod sit Omnipotens, Longa
nimus, multus misericordia, justus & verax. Nam
sic ipse ē non aliis, quod diligenter notandum est de
semetipso loquitur. Exod. 34. 6. & seqq. Transivit
Jehova ante faciem Mosis, & inclamarit Jehovā,
Jehova, Deus fortis, misericors & gratus: Longa
nimus & multus benignitate & veritate. Confer
Num. 14. 17. & 18. ubi Moses confitetur Deum ipsū
hac locutum esse.

Quod si sit omnipotens, invocemus eum in omni
necessitate nostra, non dubitantes quin poterit nos juvā-

¶ Quod si sit suum è misericors & gratus, invoca-
mus eum in omni necessitate nostra non dubitantes quin
velit nobis auxilium ferre: Quod si sit longanimus, in-
vocemus eum solum, non timentes ne mox ob peccata,
qua per infirmitatem conimur us, quorumq; nos po-
nit, irascatur, ut nos non exaudiat. Nam est quoq;
verax, servans promissiones suas, promiserat namq; se
exauditurum auxiliūm q; nobis laterum, Psal. 50. 15. In-
voca me in die tribulationis, & etiam te, & glorificabis
me. Hæc si bene perpesteris, vix quispiam tantu erit
dementias, qui Deum alienum adoret, qui nomen ejus
in vanum affumat, qui Sabbatum non devote Sanctificet,
& verbum ejus Sanctum cum gaudio & exultatione au-
diendo non honoret, qui hunc tantum Deum, tam mi-
sericordem, tamq; benignum non timeat, cumq; supra
omnia diligit.

L. C. Hinc admonemur, ut ante omnia operam de-
mus ut possimus hunc unum Deum cognoscere, eiq; so-
li servire, eum supra omnia diligere. Joh. 17. Hæc est
vita æterna, ut cognoscant te solum Deum & quem mi-
fisti Iesum Christum.

II. Quomodo diligendus sit

Deus. Quomodo vult diligi, manifestis &
& claris verbis nobis indicat ipse salvator Chri-
stus, Joh. 14. 21. dicens: Qui habet precepta mea, &
servat ea, is est qui diligit me. Et quæ sint ista pre-
cepta in quibus tota penderit lex & Prophetæ, porro indi-
cat Matth. 22. 37. Ubi dicit. Hoc uero maximum man-
datum Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde
tuo, & in tota anima tua, & in tota mente tua. Et secundum
quam huic simile: Diliges proximum tuum sicut te ipsum

Ubi

Ubi demonstrat neminem posse Deum diligere nisi diligit & proximum suum.

L. C. Hinc admonemur, ne ipsi net faciamus nobis modum diligendi Deum eiq; serviendi sed enates præceptis ejus adhæreamus: Deut. 4. 2. Ne addatis ad verbum illud quod ego præcipio vobis, neq; auferatis ex eo, &c.

III. Necessariam cognitionem

proximi nostri. Proximus noster juxta Christi Parabolam, est quisquis opera nostra opus habet: Vel juxta tabulam Decalogi: Parentes, Magistratus & vicini nostri. Deo itaq; cum Christo vivimus, cum ex timore Dei, ipsi simus casti & sobrii; Erga alios verò justi, mansueti, probi, justi, si abstineamus nos à rebus alienis, à demus honorem cui honorem debemus. Si non obsecravimus, aut defraudamus proximo nostro bonam suam famam. Mansueti & probi, si tolereamus proximum nostrum, non mox irscentes, si ex infirmitate & improviso, dicto aut facto nos offenderit, si non invidemus ipso bonam suam fortunam, si odio illuro non prosequimur.

1. Rex & Magistratus politicus, qui ante omnia sollicitus de recta religione, de bona restringi statu, de iustitie & inter subditos administranda, de pace & omnium subditorum suorum commodo, erat; omnis, quantum in ipso situm est, administrat & promovet, diligendus est & honorandus.

2. Ecclesia doctor, cum curam gerat oviū Christi, bonum ordinem in Ecclesijs constituit, verbum Dei juxta cœlestem veritatem diligenter sincere prædicare curat. Et simul cum ipso omnes verbi ministri, eū verbum Dei secundum verum & genuinum suum sensum auditores suos docent, explicant & inculcent, ijsq; bene & honeste vivendo exemplo sunt & præludent, juxta illud salvatoris: Vos estis lux mundi, facite lucem vestram splenders, ut videant bona opera, glorificantq; patrem vestrum qui in celis est. Matth. 5. 14.

3. Pater & Mater & filii, qui in mutua Charitate vivunt honeste, & liberis suis ac domesticis bono exemplo sunt, liberos suos in timore Domini educant, illosq; in honestis & liberalibus artibus instrui curant, quae se honeste sustentare possint; Carent ne eos ad iram provocent, aut scandalizent. Ephes. Marci 18. Qui famulos & ancillas suas honeste habent, cogitantes quod & ipsi supra se Dominum habeant, apud quem non est respectus personatum. Eph. 6.

4. Praeceptores in Academij & Scholis, qui sedulè officium suum faciunt, providentes que modo possint discipulos suos, recte & rite, quam fieri possit brevissime clare & perspicue, linguae & disciplinas docere & promovere.

5. Subditi diligendi & amandi sunt, cum sint prompti & benevoli ad honorem & tributa Magistratui suo praestanda, habentes pro ihs p recationes & deprecationes ad Deum indefinenter. Rom. 13.

6. Liberi qui parentes suos dictis & factis, faciendo & omitteendo honorant, per omnia illis in Dominò obedientes. Eph. 6.

7. Discipuli, qui amant & honorant praeceptores suos, decenti subjectione vestigia eorum pro viribus suis prementes. Heb. 4.

8. Servi & ancille, cum morem gerant Dominis suis in tremore & timore Domini, in simplicitate fideliter servientes, tanquam Christo, & non tanquam solum hominibus, scientes, quod quisquis fecerit boni id recipiet à Domino, sive servus, sive liber sit. Eph. 6.

L. C. Admonemur hic quomodo sciamus an Deo vitamus. Nempe, In his si quisquis quod suum est fecerit, sciet se cum Christo Deo vivere, sciet se ambulare dignè vocatione sua, & non regnet in mortali eius corpore peccatum, sed auxilio Christi peccato morietur per totam vitam suam, & particeps erit resuscitationis Christi & aeterno gaudio cum illo in Deo beatus fruetur.

Cles

Clementissime pater ecclie, quandoquidem per Baptismum regenerati sumus, in morte Christi baptizati, cum eo sepulti, ut resurgentem aeternaliter in nova vita, da nobis Spiritum tuum S.um, ut quod in Baptismo Promisimus, fugiter servare studeamus, Pater visum hic tempore degentes, illuc verum aeternam. Per Dominum nostrum Iesum Christum Amen.

Q U E S T I O N E S. I.

ANderoges Paulus verbis institutionis baptismi dicens nos in mortem Christi baptizatos esse, & nos baptizamur in nomine patris Filij & Spiritu Sancti?

Resp. Nequaquam non n. formulam baptizandi indicat, sed ostendit tantum nos in fidem, doctrinā, confessionē atq; meritum Christi Baptizatos esse. quo Iesu etiam Apostoli in nomine Dni Jesu baptizasse scribuntur act. 2, v. 38. 10. 43. 19. v. 5. Quos praecepti Christi quo in nomine omnium trium personarum baptisare jubebantur tam cito oblitos fuisse non est verisimile. Deinde Phrasis illa baptizati sumus in nomine; & in mortem Christi, non derogat sed adstipulatur verbis institutionis: Nam ut Fulgentius loquitur lib. de incarnatione & gratia D.N.J.C. cap. ii. pag. 727. Omnis qui in nomine patris & filii & Sp.S. Sacramento Sanctæ regenerationis abluitur, non nisi in Christi morte ac nomine baptizatur. Equipollentes itaq; sunt locutiones baptizatum esse in nomine patris Filii & Spiritus Sancti, vel in nomine Sacro Sanctæ Trinitatis, vel in nomine Christi, vel in mortem Christi: quarum variatio, substitutione baptismi nihil derogat.

2. Lices ne etiam in præsci uti hac formula, baptizo te in mortem Christi? **R**esp. Non.

In praxi alia formula utendum non est, quam quæ extat in verbis institutionis: Ego baptizo te in nomine patris & Filii & Spiritus S. à quibus, temere recederet religio nobis esse debet, tum propter alias causas, tum quia unaquæq; persona in hac sacra sancta actione consistit quod suum est.